

ceptam, sub pena decem sold. par. pro quolibet et ¹⁾ vice [qualibet] contrafacta. ¶ Preterea prohibemus quod nullus de guardis recedere debeat de sua custodia ante debitam horam sine licentia dictorum capitaneorum vel alterius ipsorum, sub pena quadraginta sold. par., et fides adhibeatur capitaneis de 5
 licentia eis data vel non. ¶ Item quod quicumque fuerit custos ad campanille, talis custos ad minus octo vicibus in nocte, scilicet quatuor ante mediam noctem et quatuor post dimidiam noctem, proclamare debeat singulas vaitas alta voce, per nomen vocando quamlibet vaitam, ita quod custodes vaitae audire 10
 possint, sub pena decem sold. pro quolibet et qualibet nocte contrafacta; et ipsi custodes vaitarum debeant alta voce ipsis custodibus de campanile respondere cum fuerint proclamati, sub pena unius sold. pro quolibet non respondente et qualibet 15
 vice, solvenda incontinenti ut supra dictum est, quos tales non respondentes ipsi de campanile omni die denuntiare debeant dominio, ut supra dictum est, sub pena decem sold. pro quolibet de campanile et qualibet vice qua non denuntiaverint, et eis de 96 B campanile adhibeatur fides de dictis non respon- // dentibus.
 ¶ Et quod deinceps esse [et] stare debeant due varde, de die 20
 et de nocte, ad ianuam turis de medio post palacium super portus, ubi est portella, ad custodiendum ianuam predictam, qui duo custodes accipere debeant ¹⁾ virtualia et alias res que portarentur extra civitatem Tergesti contra formam statutorum civitatis Tergesti, et res taliter acceptas presentare dominio 25
 Tergesti, et habeant medietatem illarum rerum sic acceptarum, et alia medietas veniat in comuni Tergesti.

Cap. LXIII. De capitaneis castrorum de Mocho et Moncolani. Et de aliis custodibus eorum.

Statuimus quod omnes consiliarii de maiori consilio civitatis Tergesti ire debeant pro capitaneis ad custodiam castrorum tam de Mocho quam Mocholani per quindecim dies,

¹⁾ Aggiunta marginale.